



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Considerationes pomeridianæ: ex eodem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

vitijs; & amoris tui, qui me ad te perducatur, ut nihil unquam præponam Christo meo, amori meo, Domino meo, ac Deo meo, & omnia &c.

CONSIDERATIO I. POMERIDIANA.

De digna Aestimatione Religiosi, & Sacerdotalis statûs.

O Grata, & jucunda Dei servitus, quâ homo veraciter efficitur liber, & sanctus! O sacer status Religiosi & Sacerdotalis famulatus, qui hominem Angelis reddit æqualem, Deo placabilem, dæmonibus terribilem, & cunctis fidelibus commendabilem! O amplectendum, & semper optabile servitium, quo summum promeretur bonum, & gaudium acquiritur sine fine mansurum!

Io. Gers 1. 3. c. 20.

Altitudo utriusque statûs.

CONSID. II.

De digna Gratiarum Actione, et totali oblatione sui.

O Fons amoris perpetui! quid dicam? quid retribuam tibi pro gratia ista? fecisti ultra omnem spem misericordiam cum servo tuo: & ultra omne meritum gratiam, & amicitiam exhibuisti. Non enim omnibus datum est, ut Sacerdotalem, vel omnibus abdicatis, monasticam vitam assumant. Ex nunc igitur desidero meipsum tibi in simplici-

Condignâ gratiarum actio.

E plici-

plicitate cordis mei in spontaneam oblationem, in servum sempiternum, in obsequium & Sacrificium Laudis perpetuae offerre, & us perpetuo permanere.

## Die Secunda.

De Recessu hominis ab hoc fine peccatum.

### MEDITATIO IV.

De solius hominis inter omnes creaturas inobedientia erga Deum Factorem, & recessu à debito fine.

Text. Regul. c. 73.



Vis sermo divinae auctoritatis non est rectissima norma, ut recto cursu perveniamus ad Creatorem nostrum, sed in nobis autem desidiosus, & malis ventibus rubor confusionis est.

Præ lud. Imaginare tibi duos Reges, Christum Ierosolymis residentem, & Luciferum in Babylone, leges conscribere, & milites conducere, omnes autem creaturas Christum sequi, solo hominem Lucifero adherere.

Punct. 1. *Consid.* In omnibus creaturis sensu, & ratione carentibus